



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118278

§. 31. Sigismundus Hungariæ Rex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66293)

matibus, & historiis, quibus oblectare se ^{Sæcul. XIV.}
 post cibum solebat. Occisus est anno ^{A. C. 1386.}
 ætatis suæ quadragesimo. Corpus ali-
 quot annis inhumatum mansit in Vice-
 gradino S. Andreae cœnobio: quia sa-
 cro Urbani fulmine percussus sepelire au-
 debat nemo. Mors illius exfuscitavit
 Andegavensis familiæ jura ad regnum
 Neapolitanum, quod Clemens parvulo ^{Vitæ PP.}
 Regi Ludovico II contulerat die Pente- ^{to. 1. p. 1253.}
 costes 21 Maji anno 1385.

§. XXXI.

Sigismundus Hungariæ Rex.

Regina Elisabetha mox Caroli de Pace
 mortem ex ordine perscribendam cura-
 vit ad Sigismundum Luxemburgium Re- ^{Thurocz}
 ginæ Mariæ suæ filiæ sponsum. Erat frater ^{6. 2.}
 Imperatoris Wenceslai, & filius Caroli IV,
 qui marchionatum illi tribuerat Brande-
 burgicum, & Mariam infantem infanti de-
 sponderat. Hunc Principem Elisabetha
 jussit protinus adire possessionem regni
 devoluti ad Mariam ut Regis Ludovici fi-
 liam natu majorem. Interim Joannes
 Hervartus Croatiae Gubernator summa
 rerum in Hungaria potitus, ut Regis Ca-
 roli necem vindicaret, facinoris partici-
 pes omnes, etiam Reginam Elisabetham
 vita expulit, & Mariam carceri manda-
 vit.

Hist. Eccles. Tom. XXIV. Dd Si-

Sæcul. XIV.
A. C. 1386.

c. 3.
Bonfin. dec.
3. l. 2. p. 374.

Sigismundus cum exercitu Bohemorum sub ditione sui fratris viventium, atque cum multis Hungariæ Superioris Proceribus accelerabat iter. Budæ optime excepto suum studium profitebatur circumjecta regio trepidante Hervarto: per quem emissa e carcere Maria se ad Sigismundum contulit. Die Pentecostes 10 Junii an. 1386 in urbe Alba Regali agebatur nationis conventus generalis, in quo Maria se omne suum jus ad regnum Sigismundo sponso suo cedere palam declarabat. Is proin ut Rex Hungariæ in templo S. Stephani per Archiepiscopum Strigoniensem solenniter est coronatus. Viginti habebat annos; ac regnavit quinquaginta.

§. XXXII.

Eremita fanaticus.

Rayn. 1386.
n. 9. ex Go-
bel.

Papa Urbanus continenter hærebat Genuæ: quo quinta Martii an. 1386 quidam eremita Gallus cum famulis quatuor advenit equitans, & illius alloquium petebat, a Deo se missum perhibens. Postridie se Papæ stitit in longo vestitu atro; præterquam quod præstaret proceritate corporis, barbam promittens nigram, submissis oculis vultum præferens severum. Nescire se Latine loqui causatus, Gallice agebat: Domine! venio daturus tibi notitiam